assiduo, non sembreresti essere assolutamente un candidato. Io poi ti assicuro questo: che non vi è nessuno, a meno che non sia legato a qualcuno dei tuoi avversari da qualche rapporto di amicizia, dal quale tu non possa ottenere facilmente, se ti adopererai, che egli grazie ai suoi favori si meriti che tu ti compiaccia con lui e gli sia riconoscente, a patto che capisca che tu lo stimi molto, che agisci con sincerità, che lui si propone nel modo giusto, che da ciò deriverà un'amicizia non breve e legata solo al periodo elettorale, ma salda e duratura. Credimi, non ci sarà nessuno, dotato di un po' di buon senso, che si lasci sfuggire questa possibilità offertagli di stabilire un legame con te, specialmente quando la sorte ti ha riservato ciò: che siano tuoi concorrenti coloro la cui amicizia è da disprezzare o da evitare, e che non sono in grado non solo di ottenere, ma addirittura di dar principio a quanto io ti esorto a fare. Infatti come potrebbe Antonio aggregare a sé uomini e accogliere come amici chi non è in grado da solo di chiamare con il loro nome? Di certo nulla mi sembra più sciocco che ritenere tuo fautore chi non conosci. È necessario che colui al quale uomini sconosciuti, senza esserne richiesti, diano il voto, posseda una certa dose di fama, di dignità e di grandezza di azioni compiute; come d'altra parte non può accadere, senza una grave colpa di negligenza, che uno, inetto, senza un incarico, privo di intelligenza, di cattiva reputazione, senza amici, possa sopravanzare un uomo circondato dal favore dei più e dalla stima generale.

VIII. Per questo motivo fai in modo di mantenere salde tutte le centurie con molti e saldi rapporti di amicizia. E innanzitutto, cosa che è evidente, coinvolgi i senatori e i cavalieri romani e gli uomini attivi ed influenti di tutti gli altri ordini. Nel foro si trovano molti cittadini operosi, molti liberti operosi ed influenti; adoperati con la massima cura, per quanto puoi direttamente o attraverso comuni amici, che costoro divengano tuoi sostenitori, frequentali, invia loro messaggeri, fa' vedere che sei oggetto di un grande beneficio da parte loro. Quindi tieni in considerazione la città intera, tutti i collegi, i borghi, i rapporti di vicinanza; se legherai a te le persone più influenti di essi, attraverso di loro

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

animo ac memoria tributim discriptam comprehensamque habeas, ne quod municipium, coloniam, praefecturam, locum denique Italiae ne quem esse patiari in quo non habeas firmamenti quod satis esse possit, perquiras et investiges homines ex omni regione, eos cognoscas, appetas, confirmes, cures ut in suis vicinitatibus tibi petant et tua causa quasi candidati sint. Volent te amicum, si suam a te amicitiam expeti videbunt; id ut intellegant, oratione ea quae ad eam rationem pertinet habenda consequere. Homines municipales ac rusticani, si nomine nobis noti sunt, in amicitia se esse arbitrantur; si vero etiam praesidi se aliquid sibi constituere putant, non amittunt occasionem promerendi. Hos ceteri et maxime tui competitores ne norunt quidem, tu et nosti et facile cognoscas, sine quo amicitia esse non potest. Neque id tamen satis est, tametsi magnum est, si non sequitur spes utilitatis atque ne nomenclator solum sed amicus etiam bonus esse videre. Ita cum et hos ipsos, propter suam ambitionem qui apud tribulis suos plurimum gratia possunt, studiosos in centuriis habebis et ceteros qui apud aliquam partem tribulium propter municipi aut vicinitatis aut conlegi rationem valent cupidos tui constitueris, in optima spe esse debebis. Iam equitum centuriae multo facilius mihi diligentia posse teneri videntur: primum oportet cognosci equites (pauci enim sunt), deinde appeti (multo enim facilius illa adulescentulorum ad amicitiam aetas adiungitur). Deinde habes tecum ex iuventute optimum quemque et studiosissimum humanitatis; tum autem, quod equester ordo tuus est, sequentur illi auctoritatem ordinis, si abs te adhibebitur ea diligentia ut non ordinis solum voluntate sed etiam singulorum amicitias eas centurias confirmatas habeas. Nam studia adulescentulorum in suffragando, in obeundo, in nuntiando, in adsectando mirifice et magna et honesta sunt.

riuscirai facilmente a legare a te il resto della gente. Poi fai in modo di tenere bene nel tuo animo e nella tua memoria l'Italia intera, divisa e compresa in tribù, in modo da non lasciare che vi sia qualche municipio, qualche colonia o prefettura, un luogo d'Italia, cioè, in cui tu non abbia un valido e sufficiente punto d'appoggio, cerca e scopri omini da ogni regione, conosci, frequentali, rinsalda la loro amicizia, fai in modo che facciano propaganda per te presso i loro vicini, come se fossero candidati al posto tuo. Vorranno la tua amicizia, se vedranno che la loro amicizia è da te desiderata; affinché comprendano ciò, fai uso di un linguaggio che sia consono a questo scopo. Gli abitanti dei municipi e i contadini, se ci sono noti per nome, ritengono di essere nostri amici; se poi credono di realizzare per sé anche una qualche tutela, non tralasciano l'occasione di guadagnarsela. Gli altri, e soprattutto i tuoi concorrenti, non li conoscono neppure, mentre tu li conosci e li conoscerai facilmente, cosa senza la quale non può esserci l'amicizia. Tuttavia nemmeno ciò è sufficiente, benché sia comunque importante, se non farà seguito la speranza di una utilità e affinché tu non appaia solo come un nomenclatore¹⁸, ma anche un buon amico. Così, quando avrai reso nelle centurie tuoi sostenitori anche questi stessi che per la loro ambizione sono molto influenti presso i loro compagni di tribù, e avrai reso tuoi fautori anche gli altri, che hanno influenza presso una certa parte dei compagni di tribù per motivi legati al municipio, alla vicinanza o al collegio, potrai nutrire buone speranze. Mi pare che ormai che le centurie dei cavalieri possano esser tenute dalla nostra parte molto più facilmente con una certa cura: innanzitutto bisogna conoscere i cavalieri (infatti sono pochi), quindi frequentarli (infatti la loro età di adolescenti permette molto più agevolmente l'instaurarsi di un rapporto di amicizia). Quindi hai con te tutti i giovani migliori e amanti della cultura; allora poi, poiché appartieni all'ordine equestre, essi obbediranno all'autorità dell'ordine, se da parte tua verrà messa in atto l'attenzione di mantenere salde le centurie non solo per volontà dell'ordine ma anche in ossequio all'amicizia dei singoli. Infatti

¹⁸ Il "nomenclator" era uno schiavo incaricato di indicare al padrone i nomi delle persone che si incontravano per strada.

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

le azioni dei giovani nell'appoggiare, nel partecipare, nel far propaganda, nell'accompagnare il candidato, sono fattive e degne di stima.

IX. Et, quoniam adsectationis mentio facta est, id quoque curandum est ut cottidiana cuiusque generis et ordinis et aetatis utare; nam ex ea ipsa copia coniectura fieri poterit quantum sis in ipso campo virium ac facultatis habiturus. Huius autem rei tres partes sunt: una saluatorum [cum domum veniunt], altera deductorum, tertia adsectatorum. In saluatoribus, qui magis vulgares sunt et hac consuetudine quae nunc est ad plures veniunt, hoc efficiendum est ut hoc ipsum minimum officium eorum tibi gratissimum esse videatur; qui domum tuam venient, iis significato te animadvertere (eorum amicis qui illis renuntiant ostendito, saepe ipsis dicito); sic homines saepe, cum obeunt plures competitorum et vident unum esse aliquem qui haec officia maxime animadvertat, ei se dedunt, deserunt ceteros, minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt. Iam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit audieris fucum, ut dicitur, facere aut senseris, ut te id audisse aut scire dissimules; si qui tibi se purgare volet quod suspectum esse arbitretur, adfirmes te de illius voluntate numquam dubitasse nec debere dubitare; is enim qui se non putat satis facere amicus esse nullo modo potest. Scire autem oportet quo quisque animo sit, ut et quantum cuique confidas constituere possis. Iam deductorum officium quo maius est quam saluatorum, hoc gratius tibi esse significato atque ostendito, et, quod eius fieri poterit, certis temporibus descendito; magnam adfert opinionem, magnam dignitatem cottidiana in deducendo frequentia. Tertia est ex hoc genere adsidua adsectatorum copia. In ea quos voluntarios habebis, curato ut intellegant te sibi in perpetuum summo beneficio obligari; qui autem tibi debent, ab iis plane hoc munus exigo, qui per aetatem ac negotium poterunt, ipsi tecum ut adsidui sint, qui ipsi sectari non poterunt, suos necessarios in hoc munere constituent. Valde ego te volo et ad rem pertinere arbitror semper cum multitudo esse. Praeterea magnam adfert laudem et summam dignitatem, si ii tecum erunt qui a te defensi et

IX. E, dal momento che è stata fatta menzione del seguito, bisogna anche fare in modo di farne un utilizzo quotidiano e di ogni tipo, ordine e fascia d'età; infatti sarà possibile farsi una valutazione, da questa stessa frequenza, su quante forze e possibilità, in questo medesimo campo, tu possa contare. Tre sono le componenti di questo seguito: la prima, quella di coloro che vengono a porgere il saluto (quando vengono a casa) [salutatores], la seconda, quella degli accompagnatori [deductores], la terza, quella dei seguaci [adsectatores]. Per quanto riguarda i primi, che sono gente comune e secondo questo andazzo oggi di moda si recano da molte persone, bisogna fare in modo che questo loro insignificante atto di ossequio appaia a te molto gradito; a quelli che verranno a casa tua, fai notare che te ne accorgi (dichiaralo ai loro amici, affinché glielo riferiscano, spesso dillo a loro stessi); così sovente gli uomini, quando vanno a trovare più candidati e vedono che c'è uno solo che apprezza moltissimo questi atti di omaggio, si dedicano a lui, abbandonano gli altri, poco alla volta diventano, da sostenitori comuni sostenitori esclusivi, da sostenitori falsi sostenitori fidati. E fai bene attenzione, se udrai o ti accorgerai che uno che ti ha promesso il suo appoggio getta, come si dice, il fumo negli occhi, a far finta di non aver sentito o di sapere ciò; se qualcuno vuole giustificarsi con te, perché ritiene di essere sospettato, tu afferma di non aver mai dubitato della sua lealtà né che c'è motivo di farlo; infatti colui che non ritiene di fare abbastanza, non può essere considerato in alcun modo un amico. È necessario, inoltre, conoscere che cosa ognuno abbia nel proprio animo, in modo da esser in grado di stabilire in che misura contare su ciascuno. Dichiarati e fai notare che il servizio degli accompagnatori è più grande di quello di coloro che vengono a salutare e ti è più gradito e, per quanto ti sarà possibile, scendi al foro ad ore fisse; un seguito giornaliero durante questo tragitto apporta grande rispetto e grande lustro. La terza componente di questo tipo è la costante massa

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

qui per te servati ac iudiciis liberati sunt; haec tu plane ab his postulato ut, quoniam nulla impensa per te alii rem, alii honestatem, alii salutem ac fortunas omnis obtinuerint, nec aliud ullum tempus futurum sit ubi tibi referre gratiam possint, hoc te officio remunerentur.

dei seguaci. Fai in modo che quanti di essi sono volontari capiscano che tu sei loro obbligato per sempre da un grande debito di riconoscenza; mentre esigi assolutamente, da coloro che ti sono debitori, questo impegno: che quelli che sono in grado di farlo per età e per occupazione si siano sempre vicini; quelli invece che non ti possono accompagnare incarichino dei loro congiunti in questo impegno. Desidero fermamente, e ritengo che ciò abbia la sua importanza, che tu sia sempre assieme a molta gente. Inoltre sarà fonte di grande merito e di altissimo onore se saranno assieme a te coloro che sono stati da te difesi e che per merito tuo sono stati salvati ed assolti nelle cause; da costoro esigi fermamente che, dal momento che alcuni, grazie a te, senza nessuna spesa hanno ottenuto il loro scopo, altri la loro onorabilità, altri la salvezza e le loro fortune, né si presenterà una futura circostanza in cui possano restituirti il favore, ti ripaghino con questo servizio.

X. Et quoniam in amicorum studiis haec omnis oratio versatur, qui locus in hoc genere cavendus sit praetermittendum non videtur. Fraudis atque insidiarum et perfidiae plena sunt omnia. Non est huius temporis perpetua illa de hoc genere disputatio, quibus rebus benevolus et simulator diiudicari possit; tantum est huius temporis admonere. Summa tua virtus eosdem homines et simulare tibi se esse amicos et invidere coegit. Quam ob rem Epicharmeion illud teneto, nervos atque artus esse sapientiae non temere credere, et, cum tuorum amicorum studia constitueris, tum etiam obtrectatorum atque adversariorum rationes et genera cognoscito. Haec tria sunt: unum quos laesisti, alterum qui sine causa non amant, tertium qui competitorum valde amici sunt. Quos laesisti, cum contra eos pro amico diceres, iis te plane purgato, necessitudines commemorato, in spem adducito te in eorum rebus, si se in amicitiam contulerint, pari studio atque officio futurum. Qui sine causa non amant, eos aut beneficio aut spe aut significando tuo erga illos studio dato

X. E dal momento che tutto questo discorso verte sulla dedizione degli amici, sembra giusto non tralasciare in questo ambito quale sia l'argomento da cui guardarsi. Ogni cosa è piena di inganni, di insidie e di cattiverie. Non è questo il momento di trattare di quella eterna discussione riguardante da quali aspetti si possa distinguere la persona devota da quella che finge; mi limito solo a consigliarti. Le tue grandissime doti hanno indotto i medesimi uomini a fingere di esserti amici e allo stesso tempo ad esserti ostili. Per questo motivo, ricorda il famoso detto di Epicarmo¹⁹, che i nervi e gli arti della saggezza consistono nel non fidarsi avventatamente, e solo quando avrai determinato i sentimenti dei tuoi amici, conosci anche le ragioni e le categorie dei maldicenti e degli avversari. Tre sono queste categorie: la prima, di coloro che hai danneggiato; la seconda, di coloro che non ti amano senza un motivo; la terza, di coloro che sono amici dei tuoi concorrenti. Con quelli che hai danneggiato, quando hai perorato la causa di un tuo amico,

¹⁹ Poeta comico greco (525 circa - 450 circa a.C.). Nato probabilmente a Siracusa o recatosi quivi ben presto da Megara Iblea o da Coo, visse alla corte di Gelone e poi di Ierone. Con l'elaborazione letteraria della farsa dorica si può dire che sia stato uno dei fondatori della commedia, che con lui cessò di essere una serie di scene slegate e acquistò un intreccio regolare. I soggetti che più ricorrono nella sua opera, di cui restano molti titoli e circa trecento frammenti, sono di due tipi: gli uni ispirati alla vita popolare, gli altri ad argomenti mitologici.

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

operam ut de illa animi pravitate deducas. Quorum voluntas erit abs te propter competitorum amicitias alienior, iis quoque eadem inservito ratione qua superioribus et, si probare poteris, te in eos ipsos competitores tuos benevolo esse animo ostendito.

XI. Quoniam de amicitiiis constituendis satis dictum est, dicendum est de illa altera parte petitionis quae in populari ratione versatur. Ea desiderat nomenclationem, blanditiam, adsiduitatem, benignitatem, rumorem, speciem in re publica. Primum id quod facis, ut homines noris, significa ut appareat, et auge ut cottidie melius fiat; nihil mihi tam popolare neque tam gratum videtur. Deinde id quod natura non habes induc in animum ita simulandum esse ut natura facere videare; nam comitas tibi non deest ea quae bono ac suavi homine digna est, sed opus est magno opere blanditia, quae, etiam si vitiosa est et turpis in cetera vita, tamen in petitione necessaria est; etenim cum deteriore aliquem adsentando facit, tum improba est, cum amicioem, non tam vituperanda, petitori vero necessaria est, cuius et frons et vultus et sermo ad eorum quoscumque convenerit sensum et voluntatem commutandus et accommodandus est. Iam adsiduitatis nullum est praeceptum, verbum ipsum docet quae res sit; prodest quidem vehementer nusquam discedere, sed tamen hic fructus est adsiduitatis, non solum esse Romae atque in foro sed adsidue petere, saepe eosdem appellare, non committere ut quisquam possit dicere, quod eius consequi possis, se abs te non [sit] rogatum et valde ac diligenter rogatum. Benignitas autem late patet: [et] est in re familiari, quae quamquam ad multitudinem pervenire non potest, tamen ab amicis si laudatur, multitudini grata est; est in conviviiis, quae fac ut et abs te et ab amicis tuis concelebrentur et passim et tributim; est etiam in opera, quam pervulga et communica, curaque

scusati apertamente, ricorda le circostanza, fai loro balenare la speranza che sarai di pari zelo e interesse per i loro affari, se ti accoglieranno come amico. Per quanto riguarda coloro che non ti amano senza un motivo, fai in modo di allontanarli da quella malvagità d'animo o mediante favori o con la speranza di riceverne o manifestando il tuo interesse verso di loro. Anche quelli la cui disposizione d'animo è a te ostile a causa della loro amicizia per i tuoi concorrenti, compiacili con gli stessi argomenti dei precedenti e, se potrai farlo credere, dimostra di essere di animo benevolo verso i tuoi stessi avversari.

XI. Poiché ho detto abbastanza circa il modo di allacciare amicizie, bisogna ora parlare dell'altro aspetto della campagna elettorale, che riguarda il consenso popolare. Esso richiede che si chiamino le persone per nome, che si spendano lusinghe, presenza assidua, liberalità, approvazione, visibilità nello Stato. Prima di tutto fa sì che sia evidente ciò che fai per conoscere le persone, e accresci il tuo impegno per migliorare ciò ogni giorno; nulla mi sembra tanto gradito e accetto al popolo. Quindi persuaditi che bisogna fingere così che sembri che tu fai naturalmente ciò che per natura non hai; infatti non ti manca l'affabilità, quella che si addice ad un uomo onesto ed amabile, ma serve molto la lusinga, che, anche se è uno squallido difetto nelle altre circostanze della vita, tuttavia è necessaria in una campagna elettorale. Infatti essa, quando con l'adulazione rende qualcuno peggiore, è riprovevole; quando invece rende qualcuno più amico, non è tanto da biasimare, ma è necessaria al candidato, il cui aspetto, il cui volto e il cui discorso si devono cambiare ed adattare secondo il sentire e la volontà di chiunque egli incontri. D'altra parte non vi è alcuna regola per la frequenza costante, la parola stessa indica di che si tratta; certamente giova molto non allontanarsi mai, ma tuttavia questo è il frutto della frequenza: non solo essere a Roma e nel foro, ma dimostrare continuamente di essere un candidato, chiamare spesso le stesse persone, non fare in modo che qualcuno possa affermare di non esser stato pregato da te, anzi pregato con insistenza e indiscrezione, per quanto tu lo possa fare. La generosità, poi, si

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

ut aditus ad te diurni nocturnique pateant, neque solum foribus aedium tuarum sed etiam vultu ac fronte, quae est animi ianua; quae si significat voluntatem abditam esse ac reclusam, parvi refert patere ostium. Homines enim non modo promitti sibi, praesertim quod a candidato petant, sed etiam large atque honorifice promitti volunt. Qua re hoc quidem facile praeceptum est, ut quod factururus sis id significes te studiose ac libenter esse facturum; illud difficilius et magis ad tempus quam ad naturam accommodatum tuam, quod facere non possis, ut id aut iucunde neges aut etiam non neges; quorum alterum est tamen boni viri, alterum boni petitoris. Nam cum id petitur quod honeste aut sine detrimento nostro promittere non possumus, quo modo si qui roget ut contra amicum aliquem causam recipiamus, belle negandum est, ut ostendas necessitudinem, demonstras quam moleste feras, aliis te id rebus exsarturum esse persuadeas.

manifesta abbondantemente: essa si esplica nell'amministrazione domestica, la quale, benché non possa giungere fino alla massa, tuttavia è ad essa gradita, se viene enfatizzata dagli amici; si esplica anche durante i banchetti, che tu curerai che vengano celebrati sia da te che dai tuoi amici qua e là e attraverso tutte le tribù; essa si manifesta anche nella tua attività, che tu divulgherai e renderai nota, e farai in modo che tu sia contattabile da tutti, giorno e notte, e che siano aperte non solo le porte della tua casa, ma anche quelle del tuo volto e della tua immagine, che sono le porte dell'anima; se queste indicano che la tua disponibilità è tenuta in disparte e nascosta, non servirà a nulla spalancare l'uscio di casa. La gente, infatti, desidera non solo che le vengano fatte promesse, ma che esse siano numerose e fatte con deferenza. Perciò questo è un consiglio facilmente attuabile: ciò che hai in animo di fare, annuncialo che lo farai con zelo e passione; un altro consiglio è più difficilmente attuabile, ed adatto più alle circostanze che al tuo carattere: ciò che non sei in grado di fare, o rifiutalo con cortesia o addirittura non rifiutarlo; di questi comportamenti, tuttavia, il primo è tipico dell'uomo onesto, il secondo del buon candidato. Infatti, quando ci si richiede ciò che in buona fede o senza nostro svantaggio non possiamo promettere, come se qualcuno ci chiedesse di intentare una causa contro un nostro amico, bisogna amabilmente rifiutare, in modo da dimostrare rammarico, far vedere quanto ti costa rifiutare e convincere che vi riparerai in altre occasioni.

XII. Audivi hoc dicere quendam de quibusdam oratoribus, ad quos causam suam detulisset, gratiorem sibi orationem eius fuisse qui negasset quam illius qui recepisset; sic homines fronte et oratione magis quam ipso beneficio rei capiuntur. Verum hoc probabile est, illud alterum subdudum tibi homini Platonico suadere, sed tamen tempori tuo consulam. Quibus enim te propter aliquod officium necessitudinis adfuturum negaris, tamen ii possunt abs te placati aequique discedere; quibus autem idcirco negaris, quod te impeditum esse dixeris aut amicorum hominum negotiis aut gravioribus causis aut ante susceptis, inimici discedunt omnesque hoc

XII. Ho sentito un tale dire ciò, a proposito di certi oratori, ai quali aveva affidato una sua causa, che gli era stata più gradita l'argomentazione di colui che si era rifiutato che quella di chi aveva accettato il patrocinio; così gli uomini vengono attratti più dall'atteggiamento e dalle parole che dallo stesso vantaggio della questione. Ma di questo è facile convincerti, mentre dell'altro è un po' più arduo, dato che sei un seguace di Platone, tuttavia provvederò alla tua situazione. Infatti coloro ai quali ti sei negato per qualche pressante dovere di amicizia, possono tuttavia congedarsi da te sereni e tranquilli; quelli invece ai quali ti sei negato dicendo di essere impedito

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

animo sunt ut sibi te mentiri malint quam negare. C. Cotta, in ambitione artifex, dicere solebat se operam suam, quod non contra officium rogaretur, polliceri solere omnibus, impertire iis apud quos optime poni arbitraretur; ideo se nemini negare, quod saepe accideret causa cur is cui pollicitus esset non uteretur, saepe ut ipse magis esset vacuus quam putasset; neque posse eius domum compleri qui tantum modo reciperet quantum videret se obire posse; casu fieri ut agantur ea quae non putaris, illa quae credideris in manibus esse ut aliqua de causa non agantur; deinde esse extremum ut irascatur is cui mendacium dixeris. Id, si promittas, et incertum est et in diem et in paucioribus; sin autem [id] neges, et certe abalienes et statim et pluris; plures enim multo sunt qui rogant ut uti liceat opera alterius quam qui utuntur. Qua re satius est ex his aliquos aliquando in foro tibi irasci quam omnis continuo domi, praesertim cum multo magis irascantur iis qui negent quam ei quem videant ea ex causa impeditum ut facere quod promisit cupiat si ullo modo possit. Ac ne videar aberrasse a distributione mea, qui haec in hac populari parte petitionis disputem, hoc sequor, haec omnia non tam ad amicorum studia quam ad popularem famam pertinere: etsi inest aliquid ex illo genere, benigne respondere, studiose inservire negotiis ac periculis amicorum, tamen hoc loco ea dico quibus multitudinem capere possis, ut de nocte domus compleatur, ut multi spe tui praesidi teneantur, ut amiciores abs te discedant quam accesserint, ut quam plurimorum aures optimo sermone compleantur.

o per interessi di tuoi amici o per cause più importanti o per impegni assunti in precedenza, vanno via da te ostili e nel loro animo preferirebbero che tu mentissi loro, piuttosto che rifiutare. Gaio Cotta²⁰, maestro in ambizione, soleva affermare che era abituato a promettere la propria opera a tutti, purché non gli venisse richiesto qualcosa contro i suoi doveri, e ad offrirsi a coloro dai quali riteneva di esser meglio ricompensato; perciò non si negava a nessuno, perché spesso accadeva che colui col quale si era impegnato non potesse servirsi della causa, e spesso succedeva che egli fosse più libero di quanto avesse pensato; affermava poi che non si può riempire la casa di colui che accetta soltanto quanto crede di poter esaudire: per caso succede che si verifica ciò a cui non avevi pensato, mentre ciò che hai ritenuto essere nelle tue mani non va in porto per qualche motivo; infine è difficilissimo che si adiri colui al quale hai detto una bugia. Questo fatto, se fai una promessa, è incerto, lontano nel tempo e accade a poche persone; se invece ti rifiuti, certamente ti creerai immediatamente molte inimicizie; infatti sono molti di più quelli che chiedono di servirsi dell'opera altrui di quelli che effettivamente se ne servono. Perciò è meglio che talora qualcuno di essi si adiri con te nel foro che tutti lo facciano continuamente in casa tua, soprattutto perché si adirano molto di più con coloro che si rifiutano che nei confronti di chi essi vedono impedito da qualche motivo, e che desideri fare ciò che ha promesso, appena gli fosse in qualche modo possibile. E per non sembrare che io mi sia allontanato dalla mia classificazione, per trattare questi argomenti in questa parte della candidatura riguardante il popolo, proseguo affermando ciò: che tutte queste cose riguardano non tanto l'interesse degli amici quanto il consenso presso il popolo: benché in esse vi sia qualcosa di quel genere, come il rispondere con cortesia, essere al servizio degli interessi e dei rischi degli amici, tuttavia a questo punto sto parlano delle cose con le quali tu puoi attirare il consenso di molti, affinché anche di notte la tua casa sia piena di gente, molti siano conquistati dalla speranza di un tuo aiuto, si allontanino da te più amici di quanti siano giunti, siano riempite dei migliori

²⁰ Gaio Aurelio Cotta, oratore e console (75 a.C.).

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

discorsi le orecchie di quante più persone possibile.

XIII. Sequitur enim ut de rumore dicendum sit, cui maxime serviendum est. Sed quae dicta sunt omni superiore oratione, eadem ad rumorem concelebrandum valent, dicendi laus, studia publicanorum et equestris ordinis, hominum nobilium voluntas, adulescentulorum frequentia, eorum qui abs te defensi sunt adsiduitas, ex municipiis multitudo eorum quos tua causa venisse appareat, bene te ut homines nosse, comiter appellare, adsidue ac diligenter petere, benignum ac liberalem esse loquantur et existiment, domus ut multa nocte compleatur, omnium generum frequentia adsit, satis fiat oratione omnibus, re operaque multis, perficiatur id quod fieri potest labore et arte ac diligentia, non ut ad populum ab his hominibus fama perveniat sed ut in his studiis populus ipse versetur. Iam urbanam idam multitudinem et eorum studia qui contiones tenent adeptus es in Pompeio orando, Manili causa recipienda, Cornelio defendendo; excitanda nobis sunt quae adhuc habuit nemo quin idem splendorum hominum voluntates haberet. Efficiendum etiam illud est ut sciant omnes Cn. Pompei summam esse erga te voluntatem et vehementer ad illius rationes te id adsequi quod petis pertinere. Postremo tota petitio cura ut pompae plena sit, ut inlustri, ut splendida, ut popularis sit, ut habeat summam speciem ac dignitatem, ut etiam, si qua possit ratione, competitoribus tuis existat aut sceleris aut libidinis aut largitionis accommodata ad eorum mores infamia. Atque etiam in hac petitione maxime videndum est ut spes rei publicae bona de te sit et honesta opinio; nec tamen in petendo res publica capessenda est neque in senatu neque in contione. Sed haec tibi sunt retinenda: ut senatus te existimet ex eo quod ita vixeris defensorem auctoritatis suae fore, equites R. et viri boni ac locupletes ex vita acta te studiosum otii ac rerum tranquillarum, multitudo ex eo

XIII. Viene di conseguenza, infatti, che bisogna parlare dell'opinione pubblica, di cui è necessario moltissimo tenere conto. Ma quanto è stato detto in tutto quanto esposto in precedenza vale a dare risalto alla tua reputazione, la tua fama di oratore, l'attaccamento dei pubblicani e dell'ordine equestre, il consenso della nobiltà, il concorso di giovani, la costante presenza di coloro che sono stati da te difesi, la massa proveniente dai municipi di coloro che evidentemente sono venuti per te, uomini che vanno dicendo e ritengono che tu li conosci per nome, ti rivolgi ad essi con confidenza, li tratti con assiduità ed attenzione, sei cordiale e generoso; che la tua casa è affollata a notte fonda, frequentata da persone di tutti i ceti sociali; che tutti sono appagati dai tuoi discorsi, molti dalla tua attività e dalla tua opera; che ciò che è possibile fare con il tuo impegno, abilità e perizia è teso non a che la tua reputazione giunga al popolo attraverso questi uomini, ma a che il popolo stesso sia coinvolto in questi interessi. Già hai conquistato quella moltitudine urbana e l'attaccamento di coloro che tengono le assemblee onorando Pompeo, assumendo la difesa di Manilio²¹, difendendo Cornelio²²; dobbiamo suscitare quel favore che finora non ha ottenuto nessuno che non avesse nello stesso tempo il consenso di personaggi illustri. Bisogna anche fare in modo che tutti sappiano che nei tuoi confronti c'è il massimo appoggio da parte di Gneo Pompeo e che giova alla sua causa che tu consegua ciò a cui aspiri. Infine fai in modo che la tua candidatura abbia molti fautori, che sia ben chiara, limpida, che goda del favore popolare, che abbia il massimo di splendore e dignità, ed anche che, nei limiti del possibile, che venga fuori, nei confronti dei tuoi avversari, qualche nomea, consona alle loro abitudini, di ribalderia, licenza o corruzione. E in questa competizione elettorale bisogna soprattutto fare

²¹ Manilio (Caio), uomo politico romano (I sec. a.C.). Alla fine del 67 a.C. propose una legge, abrogata poco dopo, che distribuiva i liberti fra tutte le tribù. Tribuno della plebe nel 66 a.C., fu promotore della Lex Manilia de imperio Cn. Pompei, che affidava a Pompeo il comando della guerra mitridatica, con il governo a tempo indefinito di tutte le province d'Asia e con la proroga di tutte le prerogative straordinarie concesse gli con la Lex Gabinia del 67, approvata grazie all'appoggio di Cicerone. Accusato dapprima di concussione e poi di lesa maestà, fu condannato in contumacia (65).

²² Gaio Cornelio, tribuno della plebe nel 66 a.C., accusato di lesa maestà.

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

quod dumtaxat oratione in contionibus ac iudicio popularis fuisti te a suis commodis non alienum futurum.

XIV. *Haec mihi veniebant in mentem de duabus illis commentationibus matutinis, quod tibi cottidie ad forum descendenti meditandum esse dixeram: “Novus sum, consulatum peto”. Tertium restat: “Roma est”, civitas ex nationum conventu constituta, in qua multae insidiae, multa fallacia, multa in omni genere vitia versantur, multorum adrogantia, multorum contumacia, multorum malevolentia, multorum superbia, multorum odium ac molestia perferenda est. Video esse magni consili atque artis in tot hominum cuiusque modi vitiis tantisque versantem vitare offensionem, vitare fabulam, vitare insidias, esse unum hominem accommodatum ad tantam morum ac sermonum ac voluntatum varietatem. Qua re etiam atque etiam perge tenere istam viam quam institisti, excelle dicendo; hoc et tenentur Romae homines et adliciuntur et ab impediendo ac laedendo repelluntur. Et quoniam in hoc vel maxime est vitiosa civitas, quod largitione interposita virtutis ac dignitatis oblivisci solet, in hoc fac ut te bene noris, id est ut intellegas eum esse te qui iudici ac periculi metum maximum competitoribus adferre possis. Fac ut se abs te custodiri atque observari sciant; cum diligentiam tuam, cum auctoritatem vimque dicendi, tum profecto equestris ordinis erga te studium pertimescent. Atque haec ita te nolo illis proponere ut videare accusationem iam meditari, sed ut hoc terrore facilius hoc ipsum quod agis consequare. Et plane sic contende omnibus nervis ac facultatibus ut adipiscamur*

in modo che la speranza della repubblica sia ben riposta in te e la tua immagine degna di stima; e tuttavia durante la campagna elettorale non devi interessarti alla vita politica né in senato né in assemblea. Ma devi tener bene a mente ciò: che il senato ritenga, da ciò che hai fatto finora, che tu sarai il difensore del suo prestigio, che i cavalieri romani e le persone oneste e facoltose, dalla tua vita passata, ritengano che tu sia premuroso per la loro pace e tranquillità; che la moltitudine ritenga, dal fatto che dai discorsi in assemblea e in tribunale ti sei dimostrato dalla parte del popolo, che non sarai ostile ai suoi interessi.

XIV Mi ritornavano alla mente queste cose circa quelle due riflessioni mattutine sulle quali ti avevo raccomandato di editare ogni giorno quando ti rechi al foro: “Sono un uomo novo²³, aspiro al consolato”. Resta la terza riflessione: “Si tratta di Roma”, è una città costituita dall’unione di popoli, nella quale sono coinvolte molte insidie, molte menzogne, molti difetti di tutti i tipi, e bisogna sopportare la protervia di molti, l’alterigia di molti, la cattiveria di molti, la superbia di molti, l’invidia e il fastidio di molti. Capisco che sia molto saggio e abile, in mezzo a tali e tanti vizi di uomini di ogni tipo, evitare il malcontento imperante, le dicerie, i tranelli, essere l’unico uomo adatto a tanta varietà di costumi, di discorsi e di propositi. Per questo motivo cerca fermamente di mantenere questa strada che hai intrapreso, distinguerti nell’arte oratoria; da ciò a Roma gli uomini sono attratti ed allettati e vengono distolti dal creare ostacoli e dal nuocere. E dal momento che in ciò è soprattutto difettosa la cittadinanza, nel fatto che, essendoci di mezzo la corruzione, è solita dimenticarsi della propria virtù e della propria dignità, fai in modo di conoscere bene te stesso su questo argomento, cioè di capire che sei uno che è in grado di incutere negli avversari una grandissima paura di un processo e del pericolo. Fai in modo che essi sappiano che sono sorvegliati e osservati da te; come temeranno il tuo zelo, il tuo prestigio e la forza del tuo parlare, così certamente avranno timore dell’attenzione dell’ordine equestre nei tuoi

²³ Veniva chiamato “homo novus” il candidato ad una carica pubblica che non aveva, in famiglia, un avo che avesse rivestito una magistratura curule.

Q. TULLII CICERONIS COMMENTARIOLUM PETITIONIS

quod petimus. Video nulla esse comitia tam inquinata largitione quibus non gratis aliquae centuriae renuntient suos magno opere necessarios. Qua re si advigilamus pro rei dignitate, et si nostros ad summum studium benevolos excitamus, et si hominibus studiosis nostri gratiosisque suum cuique munus describimus, et si competitoribus iudicium proponimus, sequestribus metum inicimus, divisores ratione aliqua coercemus, perfici potest ut largitio nulla fiat aut nihil valeat. Haec sunt quae putavi non melius scire me quam te sed facilius his tuis occupationibus conligere unum in locum posse et ad te perscripta mittere. Quae tametsi scripta ita sunt ut non ad omnes qui honores petant sed ad te proprie et ad hanc petitionem tuam valeant, tamen tu, si quid mutandum esse videbitur aut omnino tollendum, aut si quid erit praeteritum, velim hoc mihi dicas; volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

confronti. Ed io non desidero che tu metta loro davanti queste cose in modo da sembrare che stai preparando un'accusa, ma perché con questa paura tu ottenga più facilmente ciò che ti proponi. E sforzati totalmente con tutte le tue energie e possibilità per ottenere ciò a cui aspiriamo. So che non vi è nessun comizio tanto inquinato dalla corruzione che alcune centurie non eleggano gratuitamente quelli a loro strettamente legati. Perciò, se badiamo all'importanza della questione, e se rendiamo i nostri sostenitori ben disposti al massimo zelo, e se attribuiamo a ciascuno dei nostri sostenitori, specie a quelli influenti, un suo compito, e se paventeremo un processo ai nostri avversari, e susciteremo timore nei galoppini, e freneremo gli elargitori di denaro, può accadere che non ci sia alcun tentativo di corruzione o che non serva a nulla. Queste sono le cose che ho ritenuto di sapere non meglio di te, ma che posso più facilmente riassumere, dati questi tuoi impegni, e inviarti per iscritto. Benché tali argomenti siano stati scritti in modo tale da non servire a tutti coloro che aspirano a magistrature, ma personalmente a te e a questa tua candidatura, tuttavia vorrei che tu mi facessi notare se ti sembrerà che qualcosa vada cambiato o addirittura eliminato, o se qualcosa è stato trascurato; desidero infatti che questo manualetto per la campagna elettorale sia ritenuto perfetto sotto ogni aspetto.